

ETA SIGMA PHI 69th Annual Latin Translation Contest (2019)

Intermediate Latin

To be written as an examination, under supervision, within a maximum of two hours. No lexicon or other help is permitted. Please write in ink on every other line of the paper provided. The only identification on the contest papers should be your pen name.

In the *Passio Sanctarum Perpetuae et Felicitatis*, on the night before she is condemned to die in the arena, Perpetua relates a vision in which she battles an Egyptian gladiator ...

vix tandem pervenimus anhelantes ad amphitheatrum et [Pomponius] induxit me in media arena [...]. et quia sciebam me ad bestias damnatam esse, mirabar quod non mitterentur mihi bestiae. et exivit quidam contra me Aegyptius foedus specie cum adiutoribus suis pugnaturus mecum. veniunt et ad me adolescentes decori, adiutores et fautores mei. et expoliata sum et facta sum masculus; et coeperunt me favisores mei oleo defricare, quomodo solent in agone. [...] et exivit vir quidam mirae magnitudinis ut etiam excederet fastigium amphitheatri, discinctatus, purpuram inter duos clavos per medium pectus habens, et galliculas multiformes ex auro et argento factas, et ferens virgam quasi lanista, et ramum viridem in quo erant mala aurea. et petiit silentium et dixit: “Hic Aegyptius, si hanc vicerit, occidet illam gladio; haec, si hunc vicerit, accipiet ramum istum.” et recessit. et accessimus ad invicem et coepimus mittere pugnos. ille mihi pedes adprehendere volebat; ego autem illi calcibus faciem caedebam. et sublata sum in aëre et coepi eum sic caedere quasi terram non calcans. at ubi vidi moram fieri, iunxi manus ut digitos in digitos mitterem et apprehendi illi caput; et cecidit in faciem et calcavi illi caput. et coepit populus clamare et favisores me psallere. et accessi ad lanistam et accepi ramum. [...] et experrecta sum. et intellexi me non ad bestias, sed contra diabolum esse pugnaturam; sed sciebam mihi esse victoriam.

Notes and Vocabulary:

Line 1	<i>anhelo, anhelare</i>	to pant, gasp
Line 3	<i>adiutor, adiutoris c.</i>	helper, assistant
Line 4	<i>decorus –a –um</i>	handsome, comely
	<i>expolio, expoliare, expoliavi, expoliatus</i>	to strip; unclothe
Lines 4-5	<i>favisores = fautores</i> (related to the verb <i>faveo, fovere</i>)	
Line 5	<i>defrico, defricare, defricui, defrictus</i>	to rub down
	<i>agon, agonis m.</i>	contest; struggle (Greek loan word)
Line 6	<i>fastigium –ii n.</i>	highest point, summit; roof
	<i>purpuram, sc. tunicam</i>	
Line 7	<i>galliculae –arum f. pl.</i>	slippers
Line 8	<i>lanista –ae m.</i>	trainer (of gladiators)
	<i>malum –i n.</i>	apple
Line 10	<i>pugnus –i m.</i>	fist
Line 11	<i>calx, calcis c.</i>	heel; kick (cf. <i>calco, calcare</i>)
Line 14	<i>psallo, psallere, psalli ---</i>	to sing; praise
Line 15	<i>expergiscor, expergisci, experrectus sum</i>	to awaken